

sueuerunt. Ego enim has viuendi rationes, & instituta secutus, ad cuius alterius patrocinium meos libros adlegarem, nisi ad illum, quem vniuersus nostræ Societatis ordo acerrimū sui propugnatorem, & amantissimum patronum semper expertus est? Familiaris igitur tibi cum sit tutela nostrum, mea hæc ab inuidorum, ignarorumq; morsibus vindicabis, non auctoritate modo vrgens aduersarios, sed etiam doctrina. Qua cogitatione sum pernotus, vt tibi præcipue Geometriam Practicam destinarem. Iis etenim, qui nostris in studiis non admodum desudarunt, si quid offeras tale, magna cura explicanda prius est, & commendanda per epistolam libri doctrina, ne se contemptos humilitate muneris arbitrentur. Tu, vt hoc dunt taxat vnum legis, Geometria Practica; quantum utilitatis, voluptatisque lateat in toto libro, optimè peruides. His igitur assiduis cogitationibus, quasi tot facibus inflammatus, ætatem, valetudinemq; aduersam, Deo propitio, tandem vici; & per hæc locorum interualla opus ad te tuū venire iubeo. Tuum, inquam: & quia virtus, liberalitasque tua illud asseruere tibi: & quia ab eo scriptum est, qui tuus est. Quod si gratum fuisse tibi intelligam, laborum meorum fructum cumulatum feram, cum amantissimum mei re non ingrata donauerim. Vale.

R O M A E P R I D I E I D V S S E P T E M B.
cl. cl. ciiii.

(a) 3 Clau-

XCVII